

Jhesus

In nomine Domini Nostri Jesu Christi amen.

Anno à nativitate ipsius millesimo quingentesimo trigesimo tertio regnantibus serenissimis et catholicis dominis nostris Carolo quinto divina favente clementia romanorum imperatore semper Augusto etc. Joanna de Aragonia ejus matre Dei gratia regina et idem Carolus reges Castellæ Aragonum Hispaniarum utriusque Siciliæ citra et ultra Ferrum Hierusalemque ejus regnorum vero ejus in hoc Siciliæ citra Ferrum regno et Hierusalem anno decimo octavo feliciter amen.

Die decimo mensis Octobris septimæ indictionis in terra Campibase nos Antonius Judicis Nicolai dictæ terræ ad contractus judex Antonius Cellius de terra Gepsu publicus utilibet per totum prædictum regnum Siciliæ citra Ferrum regia autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati atque rogati presenti scripto publico declaramus notum facimus et testamur quod prædicto die constituti in nostri præsentia providi viri Berardinus Ceranellus de terra Rardini de Bergamo et Joannes Petrus Jacobi Petri Belli de Bergamo mercatores ad presens commorantes in dicta terra Campibasoe coram nobis exhibuerunt et produxerunt et presentaverunt quoddam publicum transumptum instrumentum in carta membrana scriptum omniqua decet solemnitate roboratum et vallatum nec in aliqua sui partes suspectum ac omni prorsus vitio et suspensione carens ut prima facie apparebat quod quidem transumptum instrumentum vidimus et publice legimus ac diligenter inspeximus et erat prout est tenoris et continentiae subsequentis videlicet.

In nomine Domini Nostri Jesu Christi amen.

Anno a nativitate ejusdem millesimo quingentesimo trigesimo regnantibus serenissimis et catholicis Cesareis dominis nostris dominis Carolo quinto divina favente clementia romanorum imperatore semper Augusto rege germanis ac domina Joanna matre et eodem Carolo ejus filio et

gratia rregibus Castellae Aragonum utriusque Siciliae Hierusalem Hungariae Dalmatiae Croatiaeque rregnorum vero eorum in hoc rregno Siciliae citra Farum anno decimo quinto et rromani imperij in coronis anno primo feliciter amen.

Die vero septimo mensis Novembris anni quartae (1 v.) indictionis apud civitatem Sanctae Mariae olim dictam Luceriam Apuliae nos Marcus Antonius de Auria de eadem civitate Luceriae annalis pro presenti anno quartae indictionis ad contrattus iudex Bartholomeus Sica de Gifoni publicus ubilibet per totum praedictum rregnum Siciliae rregia auctoritate notarius et testes subscripti videlicet: notarius Marcus Antonius Sancta Accapita notarius Joannes Berardinus de Calves domnus Joannes Maria de Palma domnus Franciscus Pascalis Nicolaus Angelus Perucius de jam dicta civitate Laceriae ad hoc vocati spetialiter et rogati praesenti scripto publico fatemur notum facimus et testamur quod praedicto die ejusdem ibidem in nostri praesentia personaliter constitutus domnus Baptista de Tenio de Bergamo mercator morans in civitate Trojae, ut dixit qui sponte coram nobis predictis iudice notario et testibus exhibuit et demonstravit quoddam transumptum instrumentum quorundam privilegiorum gratiarum capitularum porretto rreges et principes hujus rregni Siciliae illustrissimo et excellentissimo dominio ducali venetorum ac subditis ipsius concessorum scriptum siquidem instrumentum ipsum manu subscripti egregij notarij Nicolai de Fabricijs de Trano tenoris et continentiae subsequentis.

In nomine Domini Nostri Jesu Christi amen.

Anno a nativitate ejusdem millesimo quingentesimo trigesimo rregnantibus serenissimis et catholicis dominis nostris Carolo divina favente clementia romanorum imperatore semper augusto rrege Germaniae etc.* et domna Joanna de Aragonia ejus matre et eodem domno Carolo ejus filio et Dei gratia rregibus Castellae Aragonum utriusque Siciliae Dalmatiae Croatiaeque etc* dicti imperij anno undecimo rregnorum vero praedictorum hujus regni Siciliae anno quinto decimo feliciter amen. Mense Julij die ultimo ejusdem tertiae indictionis Trani nos Pascarellus Cardogna de Trano rregius ad vitam ad contractus iudex Nicolaus de Frabricijs de eodem Trano publicus ubique per totum rregnum Siciliae regia auctoritate notarius et testes subscripti litterati ad hoc specialiter vocati et rogati praesenti scripto publico transumptum instrumentum fatemur notum facimus et testamur: quod praedicto die veniens coram nobis spectabilis vir domnus Franciscus Cursottus (2) de Bergamo mercator Trani commorans nobis ostendit et praesentavit ac per nos publice legi fecit quoddam transumptum instrumentum quorundam privilegiorum gratiarum et capitulorum per retro principes et rreges hujus rregni Siciliae illustrissimo et excellentissimo ducali dominio venetorum et subditis ipsius concessorum scriptum siquidem instrumentum ipsum manu egregij quondam notarij Altobelli de Angelis de Trano sub anno Domini millesimo quingentesimo octavo secundum Trani usum de mense Octobris die septimo ejusdem

undecimo indictionis Trani iudicis et testium sub scriptorum subscriptio-
nibus in numero opportuno alijsque debitis solemnitatibus roboratum quod
erat prout est per omnia tenores et continentiae subquentis videlicet:

In Dei nomine decimo quinto Maij duodecimo indictionis anno nati-
vitatís Domini millesimo quatricentesimo nonagesimo quinto rregnante
serenissimo domno Alfonso secundo de Aragonia rrege Siciliae Hierusalem
rregnorum vero ejus anno primo domnus Boaventura de Magorum de
Verona, locum tenens magnifici domini Marini Grotti pro illustrissimo
dominio venetorum consulis generalis in rregno in publico testimonio
presentavit quoddam autentica privilegia nostri domini regis Ferdinandi
et ejus retro principum concessa praedictis dominis venetis et eorum
subditis signanter quoddam privilegium originale serenissimi Roberti
imperatoris Constantinopolitani in quo erant inter alia capitula infras-
cripta.

In primis quod consul quod est et sui in officio successores quorum
locum tenens possint exercitare in terris domini imperatoris jus civile
inter venetum et venetum et inter forenses et venetos et in casu quo
forenses vel alia gens omnis generationis peterent a veneto responsio ad
dictum capitulum facta per consilium quod dominus concedit pro tempore
infrascripto id est ad quatrendium et deinde in antea ad beneplacitum
utriusque partis consuli venetorum seu ejus locum tenenti jurisdictionem
causarum civilium ubi actor et rreus sunt veneti et ubi reus seu conventus
sit venetus ad petitionem quorumcumque exterorum vel rregnicularum.

Aliud capitulum talis est.

Item cum hoc sit quod differtur oriatur occasione quod consul ali-
quando ad mandatum dominij ducalis pro delicto civili a veneto ad venetum
vel pro debito forensium quod velle habere a veneto. Propterea cum vellet
capi facere suum venetum et de hoc impediatur per officiales vel subditos
dominij imperatoris propterea dominus consul vult (2 v.) habere libertatem
capi facere dictum venetum per suos familiares et ipsum retinere in suo
carcere etsi necesse esset habere auxilium justitiarij vel alterius officialis
qui reperiretur in ipsa terra pro capiando praedictum vult quod ei date
teneatur. Respondetur in gratiae pleniores augmentum ubi pro debito
non fiscali veneret venetus detinendus secundum capitula civitatis vene-
tiarum liceat dicto consuli vel locum tenenti detinere captum dictum vene-
tum et implorare auxilium si vult officialium regionis quibus rescribetur
respective quod assistent eis etiam si venetus esset vel fieret familiaris
dominij dumtamen conveniatur a veneto.

Aliud capitulum talis est.

Item si brigas oriretur inter venetum et venetum quod mortem ac
effusionem sanguinis non exiret vult ipse consul habere libertatem faciendi
emendam inter eos.

Respondetur quod pro consolatione venetorum sicut habet dominij
ad justitiarios qui pro tempore fuerint quod supra venetos non procedatur
ex officio curiae uti non esset insultus cum armis prohibitis vel cursus

qui inferret paenam mortis civilis aut naturalis aut membri abscisionis ut esset offensa levis et non gravis injuriae ut puta quia si esset facta intra aliquam ecclesiam ubi divina celebrantur in praesentia dominij aut justitiarj seu locum tenentis ejus vel in curia cujuscumque officialis pro tribunali sedentis quibus casibus imputetur gravis praesertim si ex dicta offensa non sequatur effusio sanguinis et in casu quo sequeretur levis offensa prout in capitulo continetur committatur quod dominus consul non per medium jurisdictionis sed amicabilem interponat se ad concordandum et pacificandum rissaneos venetos supradictos.

Sub datum Neapoli die ultimo Septembris anni millesimi tricentesimi sexagesimi tertij.

Item quoddam privilegium originale reginae Joannae secundae in quo inter alia sunt capitula infrascripta.

Cum ita sit quod in diversis regni hujus partibus cum navibus et eorum mercibus ad contrandum mercantijs navigant si pationi earum terrarum ac mercatores essent tratti in alijs partibus praedicti rregni sicut mutatur in Trano cum autem in multis partibus praedicti rregni per dominos et officiales seu per coitantes imposita (§) et imponantur diversimode collectae seu daties aut vectigal unde propter tot intolerabilia gravamina mercatores veneti in illis locis defferrere seu contratare mercantias nullatenus valeant proinde non modicum rregali majestati seu illius locis incommodum atque damnum redundat propterea supplicatur eidem majestati quod dictioni venetorum speciali gratia concedere et mandare dignaretur quod dicti veneti et eorum dominij venetiarum subditi non teneantur solve pro emptionibus et venditionibus nec pro rebus et mercantijs quas conduxerint de infra regnum et terra termularum inclusive usque ad civitatem rregij provinciam Calabrensis nec pro extrahendo extra regnum Datia Plateas Fundica Scalatica aut aliam quamcunque gabellam sive vectigal aut collettas per reginalem majestatem forte imposterum vel imponendas in futurum sive per alios quoscunque dominantes sive universitates aut singulares personas modo aliquo vel ingenio nisi modo et conditione quo et qua solvitur in Trano per eosdem venetos ut superius est expressum.

Tenor decretationis est talis videlicet.

Vult domina rregina quod dicti veneti et eorum subditi solvant jura consueta regali curiae debitarum in unoquoque dictorum locorum et non alia jura imposita vel imponenda per alias personas quascumque terrarum et castrorum dominos et universitates terrarum praedictarum seu officiales terrarum et locorum praedictorum et aliud.

Item cum sit ita quia aliqui nostri mercatores veneti qui habuerunt poenes se magnum valorem tam in mercibus quam etiam in denarijs quorundam mercatorum civium nobilium. Qui quidem mercatores diabolica fraude instigati ut appropriare possint ad se dictam pecuniam seu ejus valorem fingunt se non fore venetos et sic perconsequens constringi non possunt ad curiam consulis ergo quanto magis facerent illi qui ori-

ginaliter non sunt veneti. Propterea ne multa sequantur incommoda et inconvenientia supplicant reginali majestati quod dignetur providere a modo in antea se aliquis se mutaverit pro veneto et de hoc possint fieri probationes quod tales teneantur stare subjectione consulis venetorum seu vice consulum et pro tempore fuerint sicut alij veneti nec aliquo modo possint se excusare nec declinare jurisdictioni praedicti consulis ex eo quod sint facti cives alicujus civitatis rreginalis vel ex eo quod ipsi vellent allegare se non fore venetos.

(3 v.) Insuper supplicatur quod officiales regales teneantur dare praedicto domino consuli vel vice consuli auxilium et favorem et quod dicti declinantes teneantur stare ad omnem condemnationem et executionem seu sententiam per praedictum consulem seu vice consulem contra praedictos proferendam. Necnon quod praedicti officiales rregales si opportunum fuerit capi facere personaliter et carcerari praedictos delinquentes propterea teneantur.

Tenor decretationis talis est.

Fiat ut petitur. Datum Neapoli vigesimo octavo Aprilis anni millesimi quadrigentesimi decem et novem (1419).

Item quoddam aliud privilegium originale quondam felicissimi rregis Ferdinandi in quo inter alia capitula est infrascriptum capitulum videlicet.

Cum sit che noi habbiamo per piu privilegij quod jus civile si habbia a conoscere per li consuli dell'illustrissima signoria de Venetia in rregno constituti tamen li officiali regij non avvertendo ali privilegij praedicti causa usurpandi officium intterpretano lo civile et criminale per reddere ad se et suo offitio le cause et juditij de dette venetiani et per mal menare li fideli dell'illustrissima signoria in grave danno de venetiani et sudditi et contra l'honore di quell'illustrissima signoria onde per vietare li inconvenienti che continuamente succedono o potessero succedere et levare la via deli detti officiali non possano straciare li detti venetiani et sudditi praedetti.

Si supplica alla rregia maesta si degni concedere et commandare che a tutte le cause o vero occasione non si intendano ne possano intendere criminale nisi ubi committeretur vel interveniret crimen lesae majestatis et ubi ingeneretur paena sanguinis aut mortis. Li quali casi o vero occasione si intendano criminali et sotto giacciano all'officio rregio. Tutte le altre cose et occasioni s'intendano civili et sotto giacciano all'officio d'consuli et vice consuli dell'illustrissima signoria de veneatiani in rregno constituti et etiam se li detti venetiani havessero rinunciato et jurato si intenda caso civile et sotto giaccia al foro del consule o vero vice consule predetto.

Placet regiae majestati quod conservetur eorum privilegium relecta quacunque in debita interpretatione prout hactenus fuit consuetum.

Sub datum in civitate Puteolorum vigesimo quinto Februarij anni millesimi quadringentesimi sexagesimi tertij (1463).

(4) Item quoddam aliud privilegium originale ejusdem praedicti quondam serenissimi domini regis Fernandi.

In quo inter alia sunt capitula novem et decem infrascripta in novem.

Item haverno privilegij et capitoli che li consuli deputati dall'illustrissima signoria de Venetia nel regno siano judici comperti nelle cause civili de venetiani et subditi hora e dedutto in consuetudine nos bona che vertendo se lite vel differentie tra rregnicoli et altre nationi et venetiani non si avvertendo alli nostri privilegij se traheno per li attori li venetiani et sudditi ad altro giudicio che al giudicio del consule et quelli tali judici davanti delli quali li nostri venetiani sono convenuti assumeno ad se le dette cause contra la forma delli detti privilegij. Si addimanda tra dichiarato de tutte le cause civile de venetiani non si possano conoscere per altro giudice che per consule o vice consule de venetiani et per quietare ogni inconveniente che per tale si potesse usare si dimanda sia dichiarato che ogni fiata che sara citato alcun venetiano et suddito avante altro giudicio che quello del consule in causa civile. Che detti venetiani non siano tenuti rispondere ne comparare secondo voleno li nostri privilegij et aliter contra di quelli per tale occasione non si possa procedere in pena. Ne alcuno officiale in tale caso fare aliena executione et che si debbia osservare quanto in li nostri privilegij s'estende. Placet regiae majestati.

Item che si debbia osservare li privilegij gratie et immunitadi concessi alla illustrissima signoria et quelli et quelle intendere come jaceno ad lecturam senz'altra interpretatione et se alcuna obscurita fusse si debba interpretare in favore de venetiani et subditi et che qualumque altra interpretatione fusse fatta per qual si voglia universita et persona speciale contra la continentia de detti privilegij si debba annullare et cancellare et sia de nullo valore et che li detti privilegij siano ritorneti in la sua continentia et firmita et quelli inviolabilmente osservare secondo giaceno ad lecturam seu litteram et non altramente ogni cavillatione et interpretatione remota.

Placet regiae majestati.

Quod privilegium praedictus dominus rex mandat expresse ab omnibus (4 v.) ejus subditis observari sub poena ejus irae et indignationis ac decem millium ducatorum.

Sub datum Neapoli die vigesimo Decembris anni millesimi quadringentesimi sexagesimi sexti. (1466).

Item aliud privilegium ejusdem domini regis in quo inter alia sunt infrascripta capitula tenoris et continentiae subsequentis videlicet.

Item cum sit che li mercanti venetiani et sudditi in regno negotianti vendano loro mercantie a tempo a diverse persone et di quelle fare publico instrumento et che scritto di mano et venuto lo tempo de loro pagamenti li loro debitori per strafugire li pagamenti et straciare li mercanti se diffendeno che per privilegio che con offerire loro bene stabili

che non moratorie salvi condotti et guidatici in modo che diti mercanti non ponno riscuotere li denari loro in grave suo danno et anco delle dritti della rregia corte. Pertanto si supplica a detta regia majesta si degne concedere et commandare che dove apparerano mercanti venetiani loro subditi, fattori et procuratori davanti li officiali d' sua majesta et de altri baroni del rregno con instrumenti publici scritte d' mano et altri debiti documenti contra loro debitori li sia fatta giustitia spedita astringendo li detti debitori realiter et personaliter in carceribus per li quali debitori non sara contra detti instrumenti scritte et documenti allegato et mostrato essere stato pagamento fatto di detti debiti o vero non siano dette scritte de falsita o de reprobatione alcuna dati suspecti et che li detti officiali non possano ne debbiano mandare li detti debitori quali secondo come di sopra carcerati ad magnare ne la notte a dormire nelle loro case ma quelli debbiano tenere ben ristretti in dictis carceribus per facilmente haverno integramente satisfatto et pagato loro debito tanto della sorte principale quanto delli speciali pagamenti seranno occorsi et non ostante qualumque privilegio capitulo constitutione rito lege observantia consuetudine moratorij salvi condotti guidatici obligationi de beni stabili che li detti debitori potessero in contrarium allegare tanto quelle fussero imparate quanto quelle che per l'avenire si potessero impetrare le quali contra dette venetiani et sudditi, siano de nessuno valore. Placet regiae majestati. In debitis de caetero contrahendis quae autem ad praeterita placet regiae majestati nisi privilegia capitula vel consuetudo obstarent in contrarium.

(5) Item si supplica a la regia majestá si degni concedere a venetiani et subditi praticanti et negotianti et confluenti in rregno possano in cada une citta et terra et loco di questo rregno tanto d' dominio quanto d' baroni de di et de notte portar arme prohibite et andare di notte con lume et senza lume et in tale condicione se debbiano intendere lo cancelliero del consule d' Trano et lo Mazziero non ostante che detto cancelliero et Mazziero siano regnicoli. Placet regiae majestati concedere licentiam praedictam ad beneplacitum ipsius majestatis dictis nobilibus et mercatoribus venetis et subditis dicti illustrissimi domiminij venientibus et commorantibus ac negotiantibus in rregno. Quod privilegium mandatur ab omnibus inviolabiliter observari sub paena ejus indignationis et irae ac ducatorum mille.

Sub datum Neapoli vigesimo tertio Maij anni millesimi quadringentesimo septuagesimi tertij. In registro trigesimo quarto.

In quorum testimonium de praedictis omnibus et singulis factum est praesens publicum transumptionis instrumentum praesentibus Sebastiano Suppa regio ad contractus iudex me Pomponio de Belforo de Neapoli per totum regnum regia auctoritate notario Joanne Burdo de vigilijs Sigismundo de Donato de Cola Utechio Mauro de Lupo Francisco de Raneiro de Trano testibus ad hoc vocatis atque rogatis scriptum propria manu mei praedicti Pomponij notarij rogati. Meo consueto signo in fine

sigillatum ad instantiam supradicti Bonaventurae. Sebastianus Suppa qui supra iudex Joannes de Burdo de vigilijs testatur.

Ego Segismundus testis de Donato de Cola Utechio testis sum. Ego Marcus Lupo testis sum. Ego Franciscus de Ranerio de Trano pro teste praesens fui. Post cujus quidem transumptionis instrumenti ostensionem praesentationem et lectionem dictus Petrus Thomasius asseruit; oportere eundem Petrum Thomasium ipsius transumpti aliud publicum habere transumptum et propterea nos iudicem et notarium adhibitis testibus infrascriptis requisivit et recognovit ut dictum transumptum praeinserti transumpti pro sui cautela exemplare et in hanc publicam formam reducere deberemus. Nos vero considerantes huiusmodi requisitiones et preces esse juri congruas quia (5 v.) iuxta petentibus non est denegandus assensus idcirco ego praedictus notarius in eorundem iudicis et testium praesentia dictum transumptionis instrumentum exemplavi et in hanc publicam formam praemissa collatione fideli redigi praesens que publicum transumptionis transumpti praedicti instrumenti confici subscriptum que subscriptione praedicti iudicis et testium infrascriptorum pro cautela Petri Thomasij et certitudine veritatis omniumque quorum intererit signum meum solitum et consuetum apposui. Ubi autem inter virgultum est supra et legitur nonagesimo.

Ego idem notarius interlineavi ex errore interscribendi non enim vitio accidit ideo nemini dubio vertatur sed ab omnibus pro autentico habeatur. Sebastianus Suppa qui supra iudex Berardinus d'Angelis de Trano utriusque juris doctor pro teste interfui. Petrus Campitellus de Trano testatur Joannes Antonius d'Angelis de Trano testis sum testis dominus Berardinus d'Angelis utriusque juris doctor dominus Petrus de Campitello dominus Joannes Antonius de Angelis de Trano.

Quibus quidem superactis gestis et executis fuimus per praedictum dominum Ciccum Corsutum maxima cum instantia requisiti ut dictum transumptionis transumpti instrumenti transumptaremus de verbo ad verbum et praesens publicum conficere deberemus transumptionis instrumentum transumpti ut si quoties et quando ubi et coram opus erit plenam fidem adhiberi possit nostrum super hoc officium quod est publico implorando.

Nos vero considerantes officium nostrum esse publicum illud que nemini denegari posse et praesertim iuxta petentibus non est denegandus assensus advertentes que eundem domnum Franciscum iuxta petere et iuxta petentium vota jure effectu prosequente complenda dictum transumptionis transumpti instrumentum transumptavimus de verbo ad verbum exemplavimus nihil addito mutato vel subtracto quod sensus mutet vel quomodolibet variet intellectum et praesens publicum confecimus transumptionis transumpti instrumentum quidem manu mei praedicti notarij Nicolai signo meo solito signatum mei qui supra iudicis et nostrorum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum ac abrasum superius et emmendavi. Ego idem notarius Nicolaus ubi abrasum apparet et legitur

civile et alibi et negotiianbus in rregno non vitio sed errore quia scribendo causaliter erravi, ideo omni virtute in dubium sed pro autentico ab omnibus habeat. Ego Pascarellus Cardigna de Trano qui supra iudex regius. Notarius Angelus Robertus Quartarij pro teste interfui notarius Michael Angelus de Fabricijs praesenti transumpti pro teste interfui. Notarius Franciscus de Spina de Trano praesenti transumptioni pro teste interfui. Jacobus Antonius Guarenus de Trano praesenti (6) transumptioni pro teste interfui. Testes egregius notarius Angelus Robertus Aquaterij. Egregius notarius Angelus de Fabricijs. Egregius notarius Franciscus de Spreno. Egregius notarius Jacobus Antonius Quarenus de Trano. De quibus autem sic gestis et executis et peractis fuimus per praedictum dominum Baptistam de Tendio de Bergamo mercatorem commorantem in civitate Troiae ut dixit maxima cum instantia requisiti ut dictum transumptionis transumpti instrumentum transumptare et exemplare deberemus de verbo ad verbum et praesens publicum conficere deberemus transumptionis transumpti instrumentum ut si quoties et quando ubi ac vestra quibus opus esset plena fides adhiberi possit nostrum super hoc officium implorando.

Nos vero considerantes officium nostrum esse publicum illudque nemini denegari posse praesertim justa petentibus advertentesque eundem dominum Baptistam justa petere et justa petenti non est denegandum assensus et maxime in ijs quae honestatem sapiunt idem dictum transumptionis transumpti instrumenti transumptavimus de verbo ad verbum ut jacet nihil addito mutato vel subtracto quod sensum mutet vel quomodolibet variet intellectum et praesens publicum transumptionis transumpti instrumentum scriptum quidem manu propria mei praedicti notarij Bartholomei Sica de Gifone signoque meo signavi et mei qui suprajudicis et nostrorum subditorum testium subscriptionibus roboratum ad cautelam et certitudinem praedicti domini Baptistae et quorum vel cuius interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum. Ubi autem legitur illud abrasum committatur et ubi leguntur omnes illae partes interlineatum videlicet tuttelae causae civile de venetiani non et aliquae aliae particulae videlicet de et verbum non vitio sed errore accidit inscribendo. Ideo omnes praedictae particulae tam literatae intervigulataeque abrasae pro autentico habeantur. Ego Marcus Antonius de Auria de civitate Liciae annalis qui suprajudex fateor praedicta vera esse et me subscripsi. Ego notarius Joannes Berardinus de Calvis de Luceria praesens fui pro teste et me subscripsi manu propria. Ego Franciscus Paschalis de Luceria pro teste interfui. Ego Nicolaus Angelus de Pernacio testis sum. Ego notarius Marcus Antonius Sancta Accapita ut supra teste interfui et me subscripsi. Signum crucis propriae manus domini Joannis Mariae de Palma de Luceria scribere nescientis (6 v.) qui pro teste interfuit in praesenti transumptionis instrumento iudex annalis Marcus Antonius de Auria de civitate Luceriae. Testes egregius notarius Joannes Berardinus de Calvis egregius notarius Marcus Antonius Sancta Accapita de Luceria dominus Joannes

Maria de Palma. Dominus Franciscus Pascalis. Nicolaus Angelus Perrattus de Luceria. Ego notarius Bartholomeus Sica de Gifone qui supra praesens instrumentum propria manu scripsi et me subscripsi.

Alfonsus de Aragonia de Picolominibus dux Amalfiae Marchio Capistrani Celanique comes regius collateralis consiliarius regni hujus Siciliae magister justitiarius et regens magnam curiam vicariae etc.*

Pateat cunctis has nostras praesentes litteras testimoniales inspecturis qualiter supradictus Bartholomeus Sica de Gifone qui hoc praesens transumptionis transumpti instrumentum in hanc publicam formam redegit et suo dicto notariatus signo signavit fuit erat et est publicus regia auctoritate notarius autenticus fidelis et legalis et ad eum tamquam notarium publicum habitus fuit et adhibetur recursus suisque instrumentis et scripturis publicis per eundem hactenus confectis ab omnibusque in iudicio et extra adbita fuit et adhibetur plena et indubitata fides.

In cujus rei testimonium has praesentes nostras testimoniales litteras exinde fieri et sigillo parvo ipsius magnae Curiae jussimus communiri.

Datum Neapoli in palatio Magnae Curiae vicaria vigesimo octavo Augusti quartae indictionis anni millesimi quingentesimi trigesimi primi. Notarius Sebastianus Scarnnapeanus actorum magister Cesar de Rago magister sigillorum.

Necnon prodixerunt et praesentaverunt praedicti Berardinus et Joannes Petrus Bergamates coram nobis quamdam copiam autenticam in carta bambali scriptam confirmationis regiae Camerae summariae dictorum privilegiorum venetorum et eorum subditorum quae erant prout est tenoris et continentiae subsequentis videlicet.

Ferdinandus Franciscus de Avolos de Aqueno Marchio Piscariae comesque Sorreti regius collateralis et consiliarius regni Siciliae magnus camerarius locumtenens et praesidens regiae camerae summariae universis et singulis officialibus maioribus et minoribus et praesertim magnifico (7) regenti et iudicibus magnae curiae vicariae civitatis Neapolis, justitiariis capitaneis et camerariis regis magistris portulanis dohaneriis portularetis credenzeriis cabeletis fundacheriis et alijs officialibus et exactoribus quorumcunque dirituum cabellarum et vectigalium regiae Curiae exactoribus praeceptoribus et cancellariis alijs ad quos seu quem spectaverit quomodolibet spectare seu eorum locumtenentibus et substitutis praesentibus et successive futuris fidelibus regis et amicis nostris salutem. Quoniam noviter pro parte illustrissimi venetorum et subditorum suae dictioni fuerint in eadem regia camera praerentatae litterae executoriales illustrissimi domini vice regis locumtenentis generalis omni qua decet regiae curiae sollemnitate roboratae et magno pendente sigillo sigillatae tenoris subsequentis videlicet.

Carolus divina favente clementia romanorum imperator semper augus-

tus et Joanna mater ejusdem Carolus ejus filius Dei gratia reges Castellae, Aragonum utriusque Siciliae Hierusalem Hungariae etc.*

Ramundus de Cardona comes albeti rregni Siciliae ubivis magister justitiarius predictarum serenissimarum majestatum in praesenti regno vice rex capitanius et locumtenens generalis etc.*

Illustribus spectabilibus magnificis nobilibusque viris regni hujus magistro justitiario magnoque commissario vice prothonotario seu praesidens regij sacri concilij eorumque locumtenentibus et substitutis regenti in super generalem thesaurariam praesidentibus et rationalibus regiae camerae summariae regenti et iudicibus magnae Curiae vicariae gubernatoribus insuper et auditoribus dicti regni thesaurerij magistris portulanis perceptoribus commissariis magnifico quoque dohenario maioris fundici et dohanae civitatis Neapolis praesentibus et successive futuris necnon arrendatoribus quorumcunque regiae Curiae jurium portulanis secretis vice secretis caeterisque officialibus regijs maioribus et minoribus quavis dignitate fungentibus ex bonorum omnium regni praedicti dohenerijs et fundacherijs praesentibus et futuris et omnibus et quibuscunque catholicarum subditorum: fuit nobis originaliter praesentatum quoddam regium privilegium confirmationis quorundam capitulorum gratiarum et immunitatum et exemptionum omni qua decet solemnitate munitum quod est tenoris et continentiae subsequenter.

(7 v.) Nos Joanna et Carolus ejus filius primogenitus Dei gratia regibus Castellae, Aragonum utriusque Siciliae Hierusalem Granatae Navarrae Toleti Valentiae Maïoricarum Sardiniae Cordubae Corsicae Murtiae Gibeltariae ac insularum Canariae necnon insularum Indiarum et Terraefirmae montis Oceani, archidux Austriae dux Burgundiae et Barbantiae etc.* comites Barchionae Flandriae et Tirolis domini vastarum et Mollinae ac etiam dux Athenarum et Neopatriae comites Rossillonis et Ceritanae marchiones Orestanij et Gaetiani.

Universis et singulis praesentium seriem inspecturis tam praesentibus quam futuris si erga omnes principum liberalitas commendatur multo magis laudari debet se principes ipsique amicos benevolos et consideratos munificentiae ac amoris dilectione et beneficijs procurentur.

Nos vero hujusmodi institutum semper insequentes et prudentissimorum principum mores vestigiaque immitantes ut id efficiamur potissimum erga illustrissimum dominatum venetorum tamquam amicissimos multis quidem respectis et causis inducitur quamobrem cum per magnificum Franciscum Cornellium equitem illustrissimi domini mercatorum nostris reverenter expositum qualiter ipsi habuere et obtinere nonnulla capitula privilegia franchitias immunitates exemptiones et gratias a serenissimis regibus et reginis ac principibus nostris in dicto nostro regno Siciliae citra Farum praedecessoribus et in observantia et usu illorum

fuerunt et in praesentiarum existent supplicaverit que eisdem majestatibus nostris ut illa omnia et singula juxta eorum et cujuslibet ipsorum seriem et tenorem confirmare et quatenus opus sit de novo concedere benignius dignemur.

Volentes nos cum eis benigne agere respectum habentes ad praedicti illustrissimi domini merita devotionis ac maturae amicitiae necnon et alijs respectibus et causis digne motae propter quod maiora efficere studium nostrum semper intendit tenore praesentium nostrae ex certo suo consulto maturaque cum deliberatione ac ex nostra regia liberalitate magnificentiaque et speciali gratia dicta omnia privilegia capitula gratias et immunitates et exemptiones et franchitias quoad mercatores et eorum mercimonia juxta formam et tenorem ipsorum et cujuslibet eorum cum omnibus et singulis in eis contentis et expressis et intellectis ad quas et quae nos referimus et licet hic non exprimantur haberi tamen volumus praesentibus pro expressis et de verbo ad verbum insertis si et prout in eorum et earum possessione hactenus fuere et (8) in praesentiarum existunt etiam si propter turbis belli proximi praeteriti contra dictum dominium proxime praeteritae aliquo modo fuisset interrupta ex plenitudine nostrae regiae dominicae potestatis legibus absolute confirmamus ratificamus acceptamus approbamus et quatenus opus sit de novo concedimus nostraeque hujusmodi confirmationis ratificationis et acceptationis approbationis et quatenus opus sit novae concessionis munimine et praesidio roboramus validamus volentes et decernentes expresse quod praesens nostra confirmatio et quatenus opus sit nova concessio praedictorum omnium sit et esse debeat eisdem venetis venetaeque dictioni subditis semper stabilis realis valida et firma nullumque in judicijs et extra sentiat impugnationis objectum defectus incommodum aut noxae alterius detrimentum sed in suo semper robore et firmitate persistat illustrissimis propterea spectabilibus magnificis et dilectis consiliarijs nostris vice regi et locumtenenti nostro generali magnoque nostro commissario magistroque nostro justitiae sacro nostro consilio eorum locum tenentibus praesidentibus et rationalibus camerae nostrae summariae regenti magnam Curiam vicariae justitiarijs capitaneis camerarijs alijsque officialibus et subditis nostris tam maioribus quam minoribus quocunque nomine nuncupatis auctoritate et potestate fungentibus ac magistris portulanis dohanerijs portulanetis credenserijs cabelleis fundacarijs quibuscunque gabellarum vectigalium et drituum nostrae Curiae pertinentium exactoribus et perceptoribus alijsque ad quos seu quem spectaverit vel poterit spectare in dicto nostro Siciliae citra Farrum regno constitutis et constituendis.

Dicimus et districte precipiendi mandamus quatenus praesentis nostri privilegij confirmatione novae concessionis et gratiae tenore diligenter inspecta jam dicta privilegia capitula pacta litteras immunitates franchitias exemptiones et gratias a praedecessoribus nostris superius dictis et a quolibet ipsorum concessas et concessa per nos confirmatas et confir-

mata mercatoribus venetis ac venetae dictioni subjectis et ipsorum cujuslibet et omnia quae in ipsis ipsorumque et ipsarum aliquo vel aliqua contenti et expressa inviolabiliter ad unguem observent et facient quod deceat firmissime observari ipsosque mercatores venetos et Venetae dictioni subjectos et ipsorum quemlibet sinant et permittant frui et potiri et gaudere omnibus et singulis praedictis privilegijs capitulis immunitatibus gratijs et alijs supradictis in eis contentis libere plene et sine contradictione (8 v.) aliqua quibuscunque in contrarium facientibus nullatenus obstitutis et contrarium non faciant pro quanto gratiam nostram charam habent iramque et indignationem nostras ac paenam ducatorum mille auri exigendorum vice qualibet a contrafaciente quocunque ac maiorem etiam poenam nostro arbitrio reservatam cupiunt evitare in quorum fidem praesens privilegium magno dicti nostri Siciliae citra Farrum regni sigillo impendenti munitae fieri jussimus.

Datum in civitate Bardimone die decimo nono mensis Martij septime indictionis anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo decimo nono regnorumque annorum videlicet reginae Castellae Legionis Granatae anno sexto decimo Navarrae quinto Aragonum vero utriusque Siciliae Hierusalem et aliorum quarto regis vero anni quarto. Yo el rey. Vidit R.* Nicolaus pro magno camerario. Vidit Augustinus pro vice prothonotario Vidit generalis thesaurarius dominus rex mandavit mihi Petro Garcia. Solvit ducatos duos rissa. Joanne Tassatore in privilegiorum quinto etc.* Lxxxxvij^o.

Post cujus quidem regij privilegij praesentationem fuimus pro parte omnium et singulorum mercatorum dicti illustrissimi dominij venetorum et suae dictioni subditorum supplicati maxima cum instantia ut omnia et singula expressa apposita narrata in praeinserto regio privilegio debite executioni demandare ac exequi facere benignius dignaremur.

Nos enim volentes regijs ut tenemur obedire mandatis ac reddere nos conformes cum voluntate praedictarum majestatum tenore praesentium nostra ex certa scientia consulto et deliberate regij assistentis consilij deliberatione praehabita mandamus omnibus et singulis officialibus et subditis regijs supradictis in solidum unicuique in sua jurisdictione quatenus tenere et forma praeinserti privilegij per eos et ipsorum quemlibet inspectat illam ac omnia et singula in ea contenta et expressa eisdem omnibus et singulis mercatoribus dicti illustrissimi dominij venetorum et suae dictioni subjecti teneant firmiter et observent tenerique observari per quos deceat mandaretur inviolabiliter ad unguem juxta sui seriem et tenorem pleniores et contrarium non faciant pro quanto regiam gratiam charam habent et poenam ducatorum auri mille cupiunt evitare dicti illustrissimi dominij venetorum cautela et in quorum fidem praesentes fieri fecimus r regio catholico majestatis felicis memoriae pendenti sigillo munitae cum sigillo praedictarum catholicarum majestatum nondum sit expeditum.

(9) Datum in Castello Novo civitatis Neapolis die ultimo mensis Septembris anni millesimi quingentesimi decimi noni.

Dom Raimundus de Cardona. Vidit Montaltus regens. Vidit de Collegenens. Vidit Loffredus. Vidit Antonius Januarius viceprothonotarius. Franciscus Coronatus pro magno camerario. Vidit Simon Rayon Ri generalem thesaurerium. Solvit tarenum unum. Camillus Lopes pro tassatore. Dominus vicerex mandavit mihi Antonio de Seron in privilegiorum.

Locum tenentiae vix^ovij. Solvit mandatum non debet solvere Tassam. Super quibus quidem praeinsertis capitulis et litteris executorialibus praedicti illustrissimi domini viceregis petita executoria in forma dictae camerae consueta. Vobis praesentium et quibuslibet vestrum praesentium tenore officij regia auctoritate qua fungimur dicimus committimus et mandamus quatenus forma praeinserta litterarum executorialium per vos et unumquemque vestrum diligenter attentas illas executioni et effectualiter adimpleatis juxta ipsarum seriem et continentiam atque tenorem et contrarium minime facturi pro quanto regiam gratiam charam habent ac quisque habet ac poenam ducatorum mille cupiunt evitare praesentes praesentanti remansurae.

Datum in eadem rregia camera summariae Neapoli die decimo nono mensis Octobris anni millesimi quingentesimi decimi noni. Franciscus Coronatus promagno camerario. Jacobus Raparius pro magistro actorum et in executoriali xvj^o. xxvj^o per Joannem Marinum de Lantella die vigesimo mensis Octobris anni millesimi quingentesimi decimi noni.

Praesens copia litterarum executorialium expeditarum per dictam regiam cameram summariae ad instantiam praedicti illustrissimi domini venetorum extracta est a suis originalibus litteris executorialibus ostensis et praesentatis in eadem ad instantiam praedicti illustrissimi domini venetorum cum quibus facta collatione de verbo ad verbum concordat et in fidem unus ex magnificis dominis dictae regiae camerae summariae cum sua propria manu subscripsit una cum subscriptione mei Jacobi Raparij ipsius camerae actorum magister subscriptum et sigillatum quo dicta regia camera utitur apposui consuetum.

Datum Neapoli in eadem regia camera sub die et anno ut supra. Coronatus pro magno camerario. Jacobus Raparius pro magistro actorum die vigesimo quinto mensis Augusti duodecimae indictionis anni millesimi quingentesimi vigesimi quarti Trani in curia magnifici domini Jacobi Sabat militis Sancti Jacobi Valentiani Trani gubernatores praesens copia retroscriptarum litterarum executorialium autentica a rregia camara summariae (9 v.) una cum rregio privilegio venetorum et eorum subditorum praesentata extitit per magnificum dominum Philippum de Molino Patritium venetum consulem generalem supradictum nomine et pro parte illustrissimi domini venetorum et omnium negotiantium tam mercatorum quam suorum subditorum praesertim commorantium in civitate Trani requirendo praedictum dominum capitaniū et ejus curiam quod vellet sub poena in eis contenta observare dictum eorum privilegium

et eorum vigore restituere arma videlicet tres enses et quemdam pugionem noctis tempore ablatas et ablatum super ejus familiam magnifico domino Francisco Dedo patritio veneto et egregijs mercatoribus Baptista Bacte e Joseph Carantia et Joanni Renzo veneto et ipsos non molestare imo remittere ad ipsum dominum consulem alias etc.^a et per dictam curiam visotenore dicti privilegij ac supra dictarum litterarum executorialium et habita summariae ex nostro scripto informatione a quam pluribus nobilibus et civibus dictae civitatis Trani qualiter dicti veneti et eorum subditi fuere et sunt in pacifica quasi possessione dictorum eorum privilegiorum fuere dictae litterae executoriales ac dictum eorum privilegium receptae et receptum cum omni qua decet reverentia supra caput ac dictum pariter et decretum quod curia ipsa fuit et est semper parata illis parare et sic eorum vigore liberant dicta arma et ea restituit dictis venetis et eum remisit ad dictum consulem generalem tanquam eorum judicem competentem sicque pro observatione eorum privilegiorum fuit decretum pariter et provisum omni meliori via etc.^a.

Yo el comendador Sabat son preparado obdire todolo di sopra, Joanne Sancta judex. Notarius Joannes Baptista Guarino actorum magister. Praesentem copiam fateor ego notarius Bartholomeus Sicca de Gifoni extraxisse atque exemplasse de verbo ad verbum ut jacet a quadam alia copia extracta et exemplata per egregium notarium Nicolaum de Fabricijs de Trano et facta collatione concordat salva tamen semper meliori et in fidem et testium praemissorum me subscripsi signumque meum apposui consuetum quibus quidem transumptionis transumpti instrumento autentico regiae camerae summariae per dictos Berardinum et Joannem Petrum coram nobis exhibitis productis et praesentatis ut praedicitur praedicti Bernardus et Joannes Petrus mercatores requisiverunt nos praedictos judicem notarium et subscriptos testes ut dictum publicum scriptum et dictam copiam autenticam transumptare (10) et exemplare et in publicam formam redigere deberemus.

Nos autem considerantes quod dicti mercatores justa petebant idcirco praedictum publicum scriptum ac dictam copiam autenticam de verbo ad verbum transumptavimus et exemplavimus et in praesentem publicam formam redegimus unde ad futuram rei memoriam et dictorum Berardini et Joannis Petri et eorum haeredum et successorum quorum et cujus inde interest et interesse poterit quomodolibet in futurum venetum mercatorum et eorum subditorum certitudinem et cautelam ac plenam fidem de praemissis hoc praesens publicum transumptionis transumpti instrumentum reassumptionis duximus conficiendum prout confectum est per manus mei notarij supradicti signo meo solito signatum subscriptumque subscriptione mei qui supra judicis et testium subscriptionibus roboratum quod scripsi ego predictus Antonius publicus ut supra notarius que praemissis omnibus rogatus interfui ipsumque meo solito et consueto signo signavi. Abrasi superius in uno loco ubi legitur gratiarum et alibi ubi legitur

refecta et alibi impetratae. Intervigulavi in uno loco ubi legitur Joannes et alibi vestrum at quidem non vitio sed casualiter accidit scribendo. Ideo presens instrumentum pro valido et autentico habeatur in juditio et extra.

Locus oigni notarij.

Praesentibus Antonio Judicis Nicolai ad contractus giudice de Campobascio magnifico utriusque juris doctore domino Matheo de Maglionibus de Campobascio Francisco Sedato de Trariccie eg.^o notario Andrea de Ciaccis de Campobascio Angelo Judicis Nicolai de Campobascio. Ego Antonius Judicis Nicolai de Campobascio rregia auctoritate qui supra ad contractus judex subscripsi et signum meum apposui. Ego Matheus de Maglionibus de Campobascio utriusque juris doctor ad predicta interfui pro teste et propria manu subscripsi. Ego Franciscus Sedatus Paciensis testis sum et mea propria manu subscripsi. Ego notarius Andreas de Ciaccis de Campobascio pro teste interfui et mea propria manu subscripsi. Ego Angelus Onofrius Judicis Nicolai de Campobascio testis sum et mea manu subscripsi. Ego Jacobus de Oliverijs de Campobascio pro teste interfui et me subscripsi.

Unde ad futuram rei memoriam certitudinem et cautelam predictae serenissimae dominationis venetiarum ac dominorum mercatorum venetorum et quorum et cujus exinde interest et interesse poterit quomodolibet in futurum.

Ego notarius Marcus Antonius de Vivo de Neapoli publicus per totum rregnum Siciliae citra Farum regia auctoritate (10 v.) notarius fateor et fidem facio praesentem instrumentum transumpti mea propria manu scripsisse et exemplasse a suo proprio originali instrumento in pergamino scripto et omni sollemnitate roborato de verbo ad verbum ut in suo originali continetur et facta collatione concordat meliori semper salva mihi praedicto notario ad exemplandum praesentem copiam per illustrissimum dominum Julium Girardo residentem hic Neapoli sub nomine supradicti illustrissimi dominij venetorum apud illustrissimum et excellentissimum dominum pro rregem hujus rregni et deinde dominationi suae dictum originale restitutum cui originali in omnibus et per omnia me refero. Et in fidem praemissorum ego praedictus notarius Marcus Antonius de Vivo de Neapoli hic me subscripsi signumque meum quo utor in meis publicis scripturis apposui consuetum et signavi rogatus et requisitus.

Datum Neapoli die tertio mensis Septembris duodecimae indictionis anni millesimi quingentesimi octogesimi tertij.

(Lugar do sinal público)

(A. E.)